ſm ħ erūt q̄ndecim capitula' de doctrinis vtilib⁹ ad eleuationem mentis in deum. Et hec de proemio.

Sequitur tabula illas vias annotans.

De via	Inchoatiua:	Caplm. i.
	Purgatiua:	Caplm. ij.
	Illuminatiua:	Caplm. iij.
	Instructiua:	Caplm. iiij.
	Imitatiua:	Caplm. v.
	Exemplatiua:	Caplm. vi.
	Admiratiua:	Caplm. vij.
	Peregrinatiua:	Caplm. viij.
	Comparatiua:	Caplm. ix.
	Compaſſiua:	Caplm. x.
	Affectiua:	Caplm. xj.
	Superlatiua:	Caplm. xij.
	Oratiua:	Caplm. xiij.
	Unitiua:	Caplm. xiiij.
	Exultatiua:	Caplm. xv.

De via Inchoatiua: Beati Anſelmi. Capitulum primum

A Timore ſeruili ꝓcedit filialis. Pñes em̄ incipiētes declinare a malo ⁊ facere bonum: incipiūt a timore: Ideo hec via dicit inchoatiua. De hac via habet in Hieronymo: Siue comedo: ſiue bibo: ſiue quid aliud facio: ſemꝑ reſonat hec vox ī aure mea: Surgite mortui venite ad iudiciū. Et in vitis patrū habet de Helia monacho ꝗ ſemꝑ timuit tria in hora mortis: ſcilicet occurſū demonū: deductionē ad iudiciū: ⁊ ſnīaȝ iudicis. De

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

hac via dic Anſelm⁹: O lignū aridū eternis igni‑
bus dignū: qd rñdebis i die illa: quādo exigetur a
te ad ictū oculi omne tps viuēdi tibi cōceſſū: quō
a te fuerit expenſū. ꝛc. Et quāuis mlta incutiāt
timorem: tamen pro exemplo ponitur hec tabula
ſecundum ordinem alphabeti.

Alteratio et inſtabilitas mūdi: ꝙ homo nunquā in eodē ſtatu ꝑmanet: et neſcit an amore vel odio dignus ſit. Si eñ relinqueret eum domin⁹ ad ictuꝫ oculi: ſtatim diabolus eum ſubuerteret.

Bellum ꝓprie carnis: mundi: ꝛ diaboli aduerſus ſpiritum hominis

Cotidiana fragilitas: ꝛ negligētia reſiſtendi: penitēdi: ꝛ proficiendi.

Diuina ſeueritas: que apparuit in caſu Luciferi: in periclitatione mundi per diluuium ꝛc.

Exitus dubius de hac vita: ꝙ nemo ſcit vbi: quando: ꝛ quomodo morietur: an bene vel male.

Futurū iudiciū: vbi erit iudex infallibilis: ineffugibilis: inflexibilis. Nemo p̄t eū fallere: aut effugere: nec a ſententia appellare.

Grauitas penaꝝ purgatoriȷ̄: q̄ ſecundū Auguſtinū excedunt omnē penā huius mundi.

Horror demonū: ꝛ penarum inferni.

Ignis inextinguibilis. ꝛc

Kariſſimoꝝ ciuiū celi perpetua ſeꝑatio.

Luctus ꝛ vlulat⁹ ſine conſolatione

Maxima ſtrictitudo: iuxta pſalmiſtam: Sicut oues in inferno poſiti ſunt.

Noticia ꝛ confuſio ſuoꝝ peccatorum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Odium ſui ꝛ oim̄ q̄ ſunt in toto mundo.
Penaꝝ inferni acerba ꝛ īterminabilis varietas.
Quietis ꝛ ſpei ꝑpetua ablatio.
Rationis obſtinatio in malo: ꝙ non vult de cetero bonum.
Stridoꝛ dentium pre anguſtia
Tentio ꝛ captiuitas: ꝙ nec poteſt de loco moueri quando vellet.
Vermis cōſcientie de omiſſis: ꝛ ſcandalis.
Xp̄e redēptoꝛ pie: qui ſumus cauſa tue vie: ne perdas nos in illa die.

De via Purgatiua: Beati Dionyſij. Capitulum ſecundum.

Poſtquā homo tot terroꝛibus moꝛtis: iudicij: ꝛ inferni ꝑturbatꝰ incipit timere: tūc arguit ſepe ſic in ſeipſo: Quicūqꝫ peccauerit moꝛtaliter: aut opoꝛtet eum damnari: aut lamentis penitētie purgari: Sed ego peccaui moꝛtaliter: Ergo opoꝛtet me dānari: aut lamentis penitentie purgari. Sed quia damnatio eſt perpetua: ꝛ purgatio tempoꝛalis: volo igitur agere penitentiam interim ꝙ tempus mihi vacat. Recogitabo igitur omnes annos meos in amaritudine anime mee: ꝛ quantum delectatus ſum delitijs: tantum me affligam penitentie toꝛmentis. Unde ſecundū illam viā ponat homo decē peccata: aut quot voluerit: ꝛ dicat: O pater mitiſſime: ego ſū ille pꝛodigꝰ qui h̄ cōtra tuā pietatem cōmiſi: ꝛ ita ingratus fui ꝙ me innocētem creaſti: ꝛ ego me deturpaui. Tu pꝛo me crucifixus ꝛ hūiliatus: ꝛ ego me exaltaui. Tu nuda

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf